A modica scintilla ignis excrescens magnã
sepe siluã incendit. Ita incõtinentia linguę
suis nutrita leuitatib; magnã boni q; operũ
materiã multos uitę spiritalis fructus ubi
adtaminauerit p̄dit. Et lingua ignis ẽ
uniuersitas iniquitatis. Ignis ẽ lingua quia
uirtutũ siluã male loquendo deuorat.
Recte aũt de lingua indisciplinata dicitur quia
ipsa sit uniuersitas iniquitatis quia cuncta
fere facinora p eã aut cõcinnantur uel latrocinia.
stupra. aut patrantur ut piuriũ falsa testi
monia. Aut defenduntur ut quilib&
inpurus excusando scelus qđ admisit. & simulat
ostendendo bonũ qđ ñ fec. Et inflãmat
rotã natiuitatis nrę inflãmata a gehenna.
A gehenna dic̃ a diabolo & angelis eius